



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXI. De Laudibus Episcopo proprio celebrante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

Tit. XX.

quod ad primam;
ones Episcopus
tiones, ad alias

cum textus E-
piscopus & om-
e dicatur per di-
cepta Homilia,
on debet reci-
nec seipsum sig-
sed super libro
rauam benedi-
dicat vt supra,
opus stans nudo
ad quem acce-
ali, & duomi-
us verò, si non
vt supra, dicit
mine benedicere
horum respon-
suam canat le-
ntia starrudo
fundè se ineli-
Domine &c. &
, accedit cum
ante Episco-
Quo repetitio
ex libro prout
aitur cui & Or-
modo Versus
tur voce clara.
Episcopus,
in locis

TITV

TITVLVS XXI.

De Laudibus, Episcopo celebrante.

1. **E**Xpleto Hymno *Te Deum &c.* si Episcopus
in Matutinis peregit officium, congruum
erit, vt etiam Laudes celebret, in quibus omnia
ferè seruari conueniet, quæ supradicta sunt de
Vesperis solemniter per Episcopum celebrandis,
ipso in crastinum Missam non celebraturo. Nam
statim finito Hymno, Episcopus in sua sede E-
piscopali, capiet pluuiiale, & mitram, & omnia
paramenta prout in dictis Vesperis prædictum
est, & cum eo quatuor aut sex Canonici
ex dignitaribus; & ex dignioribus capient
pariter pluuialia, alii verò Canonici non pa-
raurur.

2. Omnibus paratis, Episcopus inchoabit
Laudes absolutè cantando *Deus in adiutorium*,
signans se vt ad Vesperas. Antiphonæ præinto-
nabuntur dignioribus iisdem Canonici, quas et-
iam eodem modo repetent vt ad Vesperas. Epi-
scopus etiam primam præintonabit; eadem que
seruabuntur in sessione, surrectione & reueren-
tiis, dum Psalmi & Antiphonæ decantantur, quæ
ibidem dicta sunt. Sic etiam quoad Capitulum &
Hymnum.

3. Et cum inchoatur Canticum *Benedictus*, E-
piscopus posito prius thure in thuribulum, surget
cum mitra & baculo associatus à prædictis
Canonici paratis, & thurificabit Altare, &
deinde

Aa 6

deinde

deinde thurificabitur ipse apud sedem suam
stans cum mitra, à digniori ex dictis Canonicis
paratis.

4. Organum quoque ad Hymnum & ad Can-
ticum *Benedictus &c.* & in fine Psalmorum pote-
rit adhiberi.

5. Dum repetitur Antiphona per chorum post
finem Cantici, Cæremoniariis cum Ceroferariis
accedit ante Episcopum, qui cantabit *Dominus
vobiscum, Oremus, & Orationem*, seu plures &
mox dabit benedictionem prout in vesperis.

TITVLVS XXII.

De Missa solemni Episcopo proprio celebrante.

1. **V**alde consonum est antiquæ disciplinæ
Ecclesiasticæ, vt in Ecclesiis cathedralibus
in quibus Episcopi frequenter celebrant, sacra-
rium deputeretur ornamentis Episcopalibus pul-
chrè instructum, ad quod Episcopus solemniter
celebraturus Missam, postquam sua cappa indu-
tus, ingressus fuerit Ecclesiam, sacrasque preces
ad Altare sanctissimi sacramenti tantum, & non
ad Altare maius essuderit, cum suis Canonicis &
choro conueniat.

2. In eum locum ingressus Episcopus, facta-
que reuerentia Cruci super altari prædicto exi-
stenti, sine aliis precibus sedebit aliquantulum
super dicta sede, donec Canonici extra hunc lo-
cum capiant sua paramenta (vel ibidem, si aliter
fieri non potest) remanentibus interim apud eum
duobus Diaconis assistentibus hinc inde à late-
ribus eius, & Presbytero assistente cum habitu
eorum Canonicali, qui & postea accipient pa-
ramenta sua, Interim etiam paratur Diaconus
Euangelii & subdiaconus.

3. Ca-